inter metas olim Thomae Krajewsky et Joannis Sklodowscii In tertio campo [illegible]
sulcos a Zaglowski ad [illegible] protendens inter metas Alberti et Valentini Sklodowscii iacens
cum omnibus utilitatibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in sexdecim sexagenis pol. hinc
ad exemptionem obligavit. Iam nunc illi ex nunc officio accepta dat et condescendit habenda.
Ut se ab omnibus personis tuendi defendere eviscerare sub vadio simili et fori praesenti
in primo termino peremptorio sessione sine [illegible] ac mutatione officio accepta.

Sklodo Emissio.

Coram officio praesenti personaliter Comparens Nobilis Gregorius filius olim Nicolai Markowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia olim Martinum et Matthaei Sklodo[wski] [illegible] nobilibus sibi per eum illatis tum et processu ad praesens [illegible] ob certam concordiam quietat emittit obductionem vulnerum cum toto processu cassat annihilat perpetuo et in aeternum.

Vrbany Piekuty Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneal. Wizensibus personaliter Comparens Nobilis Jacobus olim Matthiae Piekut sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Andreae et Joanni filiis olim Wenceslai Piekut et ipsorum posteris bonorum suorum immobilium in hereditate Vrbany Piekuty exnunc qua pertinent in campo Ugorne adiacens quarta terrae sex sulcos incipiendo a [illegible] ad graniciem Piekutowska inter metas olim Matthaei Kongska et Simonis Piekut iacens cum omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in Duodecim florenis pol. hinc ad exemptionem obligavit impignoravit et inuadiavit. Iam ex nunc ei dat et admittit intromittitur realem Campo assecurat Ante olim Gregorium et olim duos officio acceptando. Pacem quoque ab omni impedimento quarumlibet personarum propinquarum et extranearum toto tempore tenutae eiusmodi cavet sub vadio simili. Solo coram officio praesenti peremptoria sessione in omnibus in [illegible] remediis et defensis se tuendo liberando et assecurando.

Porzezinsky Demissio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneal. Wizensibus personaliter Comparens Nobilis Nicolaus olim Gregorii Piotrowsky sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobili Alberto olim Pauli Porzezynsky et suis posteris obligationem suam in [illegible] [illegible] factam per olim Paulum Porzezinsky parentem servitam eidem recognoscenti in summa viginti florenorum pol. coram actis [illegible] [illegible] inscriptam cum omnimoda potestate eiusdem ius [illegible] suis ac parata [illegible] possessione [illegible] [illegible] Iuris [illegible] demisit et de bonis condescendit. Omneque ius suum sibi [illegible] in personam eius plenarie transfert et transfundit. Quod ille ex nunc officio acceptando admisit.

Szepietowsky Wyszynsky Borowsky Emissi.

Coram praesenti officio Castrensi Wizensi personaliter Comparentes Nobilis Leonardus filius Nobilis Joannis Szepietowsky ab una et olim Albertus olim Alberti Jankowsky ab altera partibus sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi sese mutuo et vicissim de vulneribus ab utrinque illatis tum et processibus ob initam mutuam concordiam quietant emittunt et liberos faciunt. Obductiones vulnerum cum toto processu in quovis gradu iuris pendente et in quovis iudicio et officio existente cassant annihilant perpetuo et in aeternum.

Coram officio et actis praesentibus personaliter Comparens Nobilis Joannes olim Pauli Kossy sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Stanislaum Wyszensky Camerarium Terrae Wiskensis [illegible] et [illegible] hinc summam octo sexagenarum debiti tenuti ad officium praesens castrense [illegible] facientem plenarie quietat. Processum ac processum in [illegible] nomine obtentum cassat perpetuo et in aeternum.

Wyszynska [illegible]

[illegible] officio